



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

I. Ne tumultu Concilium agitetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

## I.

5. q. 4. In lo-  
co. Iuo par.  
4. cap. 245.  
Ansel. in  
principio.
Iacob. 1.
Isa. 32.
Proverb. 22.
 ° In loco benedictionis confidentes domini sacer-  
 dotes \* nullis debent aut indiscretis vocibus per-  
 strepere, aut quibuslibet tumultibus \* perturbari;  
 \* nullis etiam vanis fabulis, vel risibus agi, & quod  
 est deterius, obstinatis \* concertationibus tumultuo-  
 sas voces effundere. *Si quis enim* (vt Apostolus ait)  
*putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam,*  
*sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Cultum  
 enim suum iustitia perdit, quando silentia iudicii  
 obstrepentium turba confundit, dicente prophe-  
 ta: *Erit cultus iustitiæ silentium.* Debet ergo quid-  
 quid aut \* contententium collationibus agitur, aut  
 accusantium parte proponitur, sic mitissima verbo-  
 rum relatione proferri, vt nec contentiosis voci-  
 bus \* audientiam turbent, nec \* iudicantium vigo-  
 rem de tumultu eneruent. Quicumque ergo in con-  
 uentu Concilii hæc quæ promissa sunt violanda  
 crediderit, & contra hæc interdîcta, aut tumultu,  
 aut contumeliis, vel risibus Concilium perturbaue-  
 rit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur:  
*Eiuce derisorem, & exhibit cum eo iurgium,* & cum om-  
 ni \* confusionis dedecore abstractus a communi  
 cœtu secedat, & trium dierum excommunicatio-  
 nis sententiam perferat.

## II.

§ Quantum quis præcelsi culminis obtinet lo-  
 cum, tanto necesse est præcedat ceteros gratia me-  
 ritorum; vt in eo quod præsidet singulis, singulari-  
 ter ornetur eminentia sanctitatis, habens semper in  
 ore